Sehr seltener Krakauer Druck. von Florian Ungler

ca 1540. —

VALENTINI ECKII PHILYRIPOLITANI PANEGYRICVS IN LAVdē præſtātiſſimi viri doctoris Auguſtini Moraui/Prepoſiti Olōuncʒenſis & Brunnenſis. Nec non Pragēſis atq; vtriuſq; eccleſiæ Vratiſlauienſis canonici / æditus

MAGISTRI IOANNIS SOLFA ad Valentinum Ekium / Carmen phaleutium.

Cur blandos retices amice verſus
Deſcribis quibus optimi patroni,
Virtutes celeberrimas abunde,
Non ſunt quos metuas amice Ronchi,
Non ſunt Rhinocerotici furores
Non ſunt liuidulæ, graueſq; ſannæ,
Auguſtine decus peritiorum,
Fotor Palladiæ pius cateruæ,
Quam tu muneribus tuis honeſtas,
Non torrens Fabij loquela docti,
Non vis maxima Cæſaris benigni,
Succincto Menelaus aut labello,
Neſtor ſuauiloquo tuum palato,
Quiret dinumerare/& hunc/& illum
Partum continuo, labore, niſu
Fulgorem, nitidum, nouum, aut vetuſtum.
Has laudes numeris tamen ligatis,
Vultu ſuſcipias precor ſereno.

VALETINVS ECKIVS PHILYRIPOLITANVS CLA-
riſſimo viro Sigiſmũdo Gloczer Canonico Olomun, S.P.D

COgitanti mihi cui potiſſimũ amicoꝝ has meas primitias nũcupatim aſcriberem/ſubꝗ eius tutela atꝗ præſidio ĩ lucẽ ędere, occurriſti tu omniũ primus ob ſeruandiſſime Sigiſmunde/cui hoc quantulũcunꝗ opuſculũ ꝓbatũ iri minime dubitaui, Propterea ꝙ te ĩ lectitãdis pœtaꝝ carminibus & ſtudioſum atꝗ auidũ cognoſcerẽ. Tũ etiã ꝙ ꝑ cõpto habeã cõpluſcula cuiuſuis facultatis monumẽta/hac potiſſimũ de cauſa a multis ſępius legi/ quia viris & litteratis & prudẽtibus omniꝗ virtute præditis ſint dedicata. Quis eñ ignorat om̃e v̓tutũ decus in te & ſplẽdere & eniteſcere? Quippe qui Iſocratis iucũditatẽ/Cæſaris pulchritudinẽ/Demoſthenis facũdiã/Antigonis mãſuetudinẽ. Titi comitatẽ, Traiani iuſticiã. &(vt cæteros volẽs intereã)Cyri liberalitatẽ rite poſſideas. quoniã multis & pręclaris v̓tutibus vndequaꝗ es circũſeptus/quę admiſſę(veluti apũ axamen redolẽti thimo)in ſacro tuo pectore reſidũt, quæ mihi amplã atꝗ̃ diuitẽ ſcribẽdi materiã ſuggererẽt, atꝗ̃ iuſtũ volumẽ copioſe admodũ implerẽt, ſi euagari me in extollendis tuis virtutibus, vel ingenioli mei teneritudo ꝑmitteret vl̓ ingenuus pudor tuus. Hoc tñ vnũ addidiſſe nõ verebor, tibi oĩm virtutũ ianuuas eſſe aptas, q̄a in te manſuetudo, facilitas, modeſtia atꝗ̃ munificentia adeo iudiſſolubili vinculo cõglutinatæ ſũt vt nulla illaꝝ virtutũ ab altera quibuſcũꝗ aduerſitatibus ſegregari queat. Sed quid plura? quoniã tuaꝝ virtutũ pręconia aliũbi enarrare inſtitui, ergo inpræſentiaꝝ lacones potius ꝗ̃ Atticos inſequar. Quare digniſſime vir te maiorẽinmodũ rogo vt hũc libellũ (q comunis noſtri patrõi laudes nõ plene & amplo vt aiũt, ore ſedvix titulotenus attingit) hylari vultu, ſerenaꝗ̃ fronte ſuſcipias munuſculũ eſt paruũ & gracile. ſed certe affectu grãde, quod noſtrũ haud dubie amorẽ tanꝗ̃ glutino tenaciſſimo ĩdiſſolubiliter innodabit. Dij itaꝗ faxint vt iſtd̄ ſit ꝑpetuũ pignus ac monumẽtũ meę erga te obſeruantię. Vale & me beneficẽtiſſimo ampliſſimoꝗ̃ & nũꝗ̃ ſine honoris titulo a me noĩando, doctori Auguſtĩo muſaꝝ muſiphilorũꝗ̃ patrono liberaliſſimo plurimũ comendã Iteꝝ Vale Gracchouię ex Germanoꝝ cõtubernio vi. Idus Aug

VALENTINI ECKII PHILYRIPOLITANI PANEGYRICVS IN LAVDEM EMINENTISSIMI DOCTORIS AVGVSTINI MORAVI CÕDITVS.

PREFATIO.

Regia ſi mecum vir ꝗ̃ celeberrime dona
 Pondero, quę tribuit dextera docta mihi.
Nulla poteſt tantum molis ꝑferre ſtatera
 Iuſta hoc ſi ſaltem lance ꝓbatur onus.
Si vero ingenuos nitor depingere honores
 Te quibus efflictim doctor opime colo.
Nulla voluntati eſt ſimilis(.mihi crede.)papyrus
 Pectoris affectum qua reſerare queam.
Si vero meritas intendo pſallere laudes/
 Gloria mortalis diſplicet vſꝗ tibi.
Non petis/& nequeo/rubro de littore conchas
 Donare, aut gemmas aurifer Herme tuas.
Hoc igitur læto paruum rogo pectore carmen
 Suſcipe/Theſpiadum fautor amice domus.
Dent alij fuluum Pactoli ex gurgite munus
 Aut Tyrio infectos Muryce rite ſinus
Indica vel donet quod habet formica metallum
 Mygdonio cuius marmore tecta nitent.
Aſt ego(.quos fructus ardenti Iulius aſtro
 Produxit.) dono vir generoſe tibi.
Quos nunc pacato vir ꝗ̃doctiſſime vultu

Suſcipe, dona tibi mox meliora dabo.
Non etenim poterant rutilo ſub ſydere cancri
Candida de noſtro lilia rure dari.
Nam decus omne noui coxerunt fortiter agri
Sęua Molorchęi ſyderis aſtra modo.
Hos etenim noſtro flores decerpſimus agro
Dum nimium rapidus tunderet arua canis.
Quomq; leo igniuomis ſęuiret rictibus ardens
Et Procyon ſęuas funderet ore faces.
Tempore quo fontes ſiccantur, & arua liquore
Priuantur, Cererem & meſſor in arua petit.
Faſciculos auidus Corydon quo tempore largos
Colligit, hyberno vt tempore uiuat ouans.
Sed me dentata ſegetes abſcindere falce
Sydera vulnifici prohibuere canis
Nanq; adeo exuſſit noſtros calor inuidus agros
Vt nullo flagrans flore niteſcat humus.
Quare age combuſtos placido nunc pectore flores
Accipe/in autumno dulcia vina dabo.
Quom mea rorifero complentur rura liquore
Et placidum accipient aruula noſtra fauum.
Tuncq; tibi leſbi mittam de collibus uuas
Et de Cretęo donula monte feram.

PANEGYRICI INITIVM

Hactenus/exiguo contentus carmine/mentes
Traiectas Gnidia modulatus arundine, paruo
Verſiculo, ac molli diuerſa epigrãmata buxo/
Sed nunc tempus erit grauiori inſurgere cantu
Et de fluctifrago trepidantem pellere nauem
Litore/& antennis validas firmare triremes/
Ex quo doctiloqui celebranda eſt gloria vatis
Cui chor' Aonidum famulatur, & alta Maronis
Buccina, Parnaſſi nemus ac memorabile collis/
Sed mihi Chryſocomi iam non pia nũina diui
Sunt tentanda/ratem placido quom flamine noſtram
Phœbęus flectit vates Olomuntius, vnus
Qui mihi Tiphys erit, Palinúro doctior, ergo
Muſa refer(.q̃uis magno hęc dicenda Maroni
Smyrnęoq; forent.)quę ſit modo gloria vatis/
Culta Morauini quem fauſto ſydere rura
Progenuere agri, caſtę de ventre parentis.
¶ Vrbs eſt ingenti diſiungens pondere ſyluam
Herciniam auſtriacis fœlix Olomuncia ab oris/
Hic vbi cum triplici circundat flumine clar;
Vrbis opus Mora ſpumantem lapſurus ad Hyſtrũ
Quem fama eſt ſacras olim coluiſſe ſorores
Et p Marcomanum campos fudiſſe liquores

Gorgoneos, quondam ceu per Beotia passim
Rura Meduseo fuderunt gurgite lymphas/
Hic inquam puerum grauida quom bellula mater
Phoebeum ex aluo fudit, mox culta sororum
Turba nouennarū sua crura manusq ligarunt
Fasciolis, veluti dicunt strinxisse poetam
Mercurio genitore satum, nymphaq nitentis
Que coeli cursus vario modulamine signat/
Hic etiam fama est Charites cunabula circum
Proiecisse rosas, violis ac gramine molli
Obdurum strauisse solum, texisse coronam
Laureolam capiti & pueri imposuisse nouelli/
Oscula & ingenuis multum impressisse labellis/
Hinc est q graciles dum vix sua labra loquelas
Reddebant/vanos coepit contemnere ludos/
Quos iuuenes ardent primis tractare sub annis/
Ligneolo placuit nec tunc equitare caballo
Siue More p aquas tumidi meditarier altas/
Piscibus insidias lento tunc vimine inanes.
Alta p Hercinij placuit nec rura sagaces
Hortari catulos nemoris. Nam preda volucrum
Et quicqd sophie iuuenes deflectit ab arce
Ingratum. eximium teneris vergebat in annis
Doctrine ad culmen, rudibus q elementa figuris

Sculpta affectabat manibus tractare tenellis/
Ac eadem bibulis cupiens inarare bacillo
Pulueribus/q notas passim formare rotundas
Coeperat, & si quos priscorum forte libellos
Occlusos reperit vatum, reserare solebat
Atq p ignotos rudibus discurrere labris
Codiculos. veluti infantes persepe videmus
Non intellectis verba effutire labellis.
Sed postq maior successit temporis aetas/
Et sua vocali resonabant pondere labra
Mox laeto grauitas illuxit in ore senilis
Ingeniumq nouis maturum splenduit annis/
Atq verecundos lustrabat bellula vultus
Gracia, purpureo & regnabat in ore venustus
Et lepor & grauitas. veluti splendere rosetis
Pestanis aiunt graciles floresq rosasq/
Sed ne tam claro virtus in corpore abesset
Cyrrheus flexit musarum ad culmen Apollo
Cor iuuenile, simul sophie instigauit ad artes
Inde p antique duxit rarissima Dirces
Regna, vbi sternacis monstri grauis vngula quōdam
Gorgoneos rupit fontes, sacrosq liquores,
Hic sua lustrali madefecit gurgite labra
Illico multisonis coepit sufflare camenas

Vocibus,& streperam suaui ore implere monaulon/
Haud secus ac Tyrias dulci qui carmine turres
Erexit uates,vel qui modulamine tygres
Crudeles mulsit,gelidis ac rupibus Hemi
Frondosam euulsit bibulis radicibus ornum.
Hinc est q priscos potis est supare poetas
Non tantũ Ausonios,verum quos grętia magnis
Laudibus astriferi cœli super astra locauit/
Nam sua non cedunt Smyrnęo carmina vati
Quamq̃ illum septem celebrarũt laudibus vrbes
Multisonis/certe sic sors tulit hunc generosa
Vt Clarij a teneris pulsaret limina diui
Annis,& tetricę studijs hereret opimis
Palladis.hinc duros ꝑpessus sæpe labores/
Atq; ærumnali(.nam sic petit ardua virtus.)
Cum studio insomnes duxit noctesq; diesq;.
Immensis etenim celebres sudoribus artes
Gaudent/& duros sua dant ad culmina cursus.
Nunc ad Pyerios fontes,& ad alta nitentis
Dogmata rhetorices,vatumq; poemata gressus
Flectebat celeres,Samij quoq; clara parentis
Scripta tulit cupidis labris,ac cętera dona
Vel quę Socratico manarunt flumine quondam
Vel quę Stõa tulit/vel magna Academia libris

Cęcropijs sancto dederat modulamine quondam
E quibus abstrusos sensus,pręceptaq; sacra
Excerpsit,vegetasq; acies infixit in oẽs
Artes/degustans auidis documenta labellis
Omnia,quæ prisci quondam docuere parentes/
Non aliter sapidi q̃ mellis ꝓuida nutrix
Arboream subiens vernali tempore syluam/
Singula purpurei deprędans germina veris
Ianq; rosas graciles,violas nunc flore rubentes
Delibans/donec castas impleuerit alas/
Sic ꝑ Socraticas vates Olomuntius vndas
Flectebat teneris gressus quoq; pectora in annis/
Hinc est q nulli priscorum carmine vatum
Cedit/sed cunctos quotquot veneranda vetustas
Laudibus extollit/supat modulamine suaui.
Sic erat Andinus,sic blandi scriptor amoris
Pelignus/binis vel vates captus ocellis
Quem ꝓpter varium dicunt ænigma sagacem
Spiritulum cæcis Stygię immisisse paludis
Fluminibus/talem veteres dixere Tibullum
Quom Nemesim facili laudauit carmine nympham/
Sic etiam vates fuerat cui lesbia dulce
Miscet opus,tenero qui scripsit carmine amores/
Et cui lasciuo toties pede Cynthia blandis

Te modulis infers/& cęco corda poetæ
Igne premis.talem veteres dixere Melissum
Dædala cui flaui stipatrix nomina mellis
Indidit,haud tantum micuit de sanguine vates
Crętus Apollineo varios qui condidit alti
Et phœbi & lunæ cursus,quoqꝫ mystica lusit
Dogmata cœlesti multum placitura cohorti.
Sed labor est tenui cunctos numerare poetas
Carmine quos supat/quando modulamine phœbum/
Eloquio Marcum/sancta virtute Catonem/
Et ꝓbitate Numam/Crassum grauitate/loquela
Mercurium/annosum prudenti Nestora corde/
Ac pietate Titum/Traianum lance fideli
Aequat.Nam variæ virtutes corpore in vno
Stipantur/ꝙ viri circum præcordia fulget
Virtutū omne decus.quod raro in corpore pulchro
Cernitur.& coruo virtus est rarior albo
Incolit ingenuos pulchri quæ corporis artus.
Ille etenim vates Olomuntiꝰ omnia seruat
Munera virtutum/nam magnus in ore redundat
Et lepor & grauitas/excelsę & gratia fronti
Tanta est vt verbis satis explicare valebit
Nemo hominū superet magnum licz ore Maronem.
Ardua nam ꝓbitas pulchre est coniuncta venustis

Artubus/Ac veluti si quando pulchra rosetis
Lilia purpureis miscentur floribus/aut si
Vina sub auratis resplendent Massica poclis
Plus dulcoris habent,ardorem vasa bibendi
Incutiunt,nitido sic splendens corpore virtus
Gratior esse solet/digna & cum laude penni
Vatibus extolli qui phœbi dona frequantant.
Sed quid plura cano/quid frustra extendo camenā
Quom sua quadrifido virtus sit notior orbe
Quam poterit nostro dici modulamine paruo.
Nemo etenim ignorat quantas virtute pararit
Diuitias/vt nunc opibus supare darium
Possit/& Attalicas iam longe vincere gazas.
Et quicqd Pactolus habet,Tagus,Hermus,Hydaspes,
Nam sibi tot census Cerealis rite quotannis
Slesia ꝑsoluit,necnō ferus incola saltus
Hercinij/dulci celebrisqꝫ Morauia bacho.
Atqꝫ aliæ multæ gentes/tot pondera fului
Persoluunt auri certo ꝓ tempore messis.
Quas vix ingenti possem memorare melodo.
Hinc est ꝙ Phrygio sua nunc cum marmore clara
Tecta reformantur,celsis vbi tollit in alta
Sydera verticibus splendens Olomuncia turres.
Ah ꝙ̄ pulchra domus viuaci picta colore.

Qualem vix pinxit multum laudatus Apelles.
Ingenio cuius Paphiæ formosa puellæ
Corpora mortalem dicunt sumpsisse colorem.
Inclyta Lysippi taceat nunc signa vetustas.
Protogenisq; simul tabulas, ac marmora gnaui
Praxitelis/frustra iactat nunc Zeusidis vuas
Græcia, Parrhasij velum, statuasq; Mironis,
Namq; Augustini domus ardua fulta columnis
Marmoreis tales præsentat imagine formas,
Vt quis posse loqui credat, suspendere gressus
Atq; mouere modo, nec non imitarier ore
Sermones hõim, uiuosq; ostendere vultus.
Quæ si ꝑtenui vellem pyctasmata metro
Enumerare, diem phæbus depelleret orbe
Antea q̄ possem sum̄atim attingere cantu.
Hic etenim Herculeos licet admirarier ausus.
Quo modo lernæo mordax in gurgite pressa
Hidra sit, ac toruus Nemea regione Molorcho
Impulsore leo claua mactatus acerbe.
Vulnificus post hęc longo certamine captus
Sus Erymanthęis multū contrarius agris.
Et quo tergeminum vicit certamine regem
Gerionem, cuius latias armenta ꝑ oras
Egit ouans, post hæc licet admirarier arcum

Lætiferꝝ quo tunc traiecit viscera magna
Stymphalidum/lybiæ mox & quo Marte gigātem
Obdura tellure satum demiserit orco.
Aurea & Hesperidum depræsso mala dracone
Detulit ex horto victor/quo robore tandem
Cerberō & Stygio custodem extraxerit antro.
Omnia viuaci quæ sunt pyctasmate scripta
Atq; alia excultis pulchre fabricata figuris
Scribere præsenti quę non modulāine possum.
Nam maior celebrādus erit thesaur⁹ in æde
Quem scimus veterꝝ ereptum de fonte virorꝝ.
Hic etenim latitant monumenta fidelia vatū
Quæ de Cęcropijs magno sunt tracta labore
Fontibus, ac olim quę Stoa suꝑba reliquit.
Hic etiam libri latitant qui pulchra duarꝝ
Dogmata suffundunt legum, sophiæq; liquores.
Inclyta Smyrnęi latitant hic scripta poetæ
Quæ danaum palmas resonant, & pergama bello
Capta decennali, nec non errore maritum
Penelopes longo diuersa ꝑ æquora ductum
Hic & lucani ꝑplexa poemata vatis
Sunt/quæ grandiloquo pandunt modulāine sæua
Arma ꝑ Aemathias turmas, Macedūq; phalanges.
Aemulus Andini vocali carmine vates B

Statius armigeri hic claros super astra labores
Aeacidis tollit,grandi quoq; sydera cantu
Pulsat,& hinc vates magnà qui Punica voce
Bella canit,Lybiæ nec non scelerata cohortis
Facta/subit blandi Pelignus lusor amoris
Corpora quo nullus latiali carmine vates
Aptius in varias cecinit mutata figuras.
O fœlix vates Cyprię ni cæca puellæ
Dogmata tam facili lusisses carmine,& aulam
Cæsaream tanto coluisses tempore/ab oris
Ausonijs nunq̄ Scythicū relegatus ad axem
Credo fores,sed te forsan sic fata tulere
Vt nimium ardentes sentires pectore flammas.
Sed quid plura loquor scripti genus hic latet omne
Quicq̄d in historia,sacris quoq; legibus,altis
Dogmatibus sophiæ prisci cecinere parentes.
Hic etenim Paulus/pandens ab origine mundi
Tempora nascentis,Florus,Fulgentius,atq;
Lacteus eloquij fons hic est liuius omnem
Historiæ palmam merito qui vēdicat ore
Rhomuleo/post hunc Dyonisius arte disertus
Eloquioq; potens/nulli sermone secundus
Veriloquo/tandem flagrans Isidorus in arte.
Quintilianus item/doctus quoq; Iustinianus.

Sed labor est tenui monumenta insignia vatum
Omnia nunc versu memorare/& pandere cantu.
Quom sint hic ꝓpria vates Olomuntius arte
Quos dedit/altisonis labris/nitidis q; camænis.
Qui redolent phœbum/qui spirant arte Tibullum.
Nasonem sapiunt/ referunt ac ore Maronem.
Et quod prætereo Ciceronem dogmate spirant.
Ergo te celebris cessa iactare vetustas
Atq; tuos atauos vocali tollere in astra
Laude/q; ingentem veteꝝ struxere libroꝝ
Congeriem/nam docta tuos melioribus astris
Posteritas patres supat/maiora sequentis
Temporis extruxit nisus monumenta viroꝝ
Quamuis Rhomuleas Xerxes ꝑduxit ad ædes
Priscoꝝ quondam monumenta fidelia vatū.
Quę mox Argolicas modico non pondere ad oras
Rex Syrię(.facta Rhomanis pace.)reduxit.
Et q̄uis Paulus supato rege superbo
Persarum Rhomam vexit generosa parentum
Scripta/quibus multum decorata est Martia sedes.
O fœlix nimium fœlix Olomuntia talem
Cui fortuna virum tribuit/qui Martia tecta
Nec non Argolicos ingenti rite penates
Thesauro veterum excellit de fonte viroꝝ

Collecto/O fœlix genitor/materq̧ beata
Qui tantum fausto genuistis sydere natum.
Quo duce nunc tm̄ florens Olmuntia creuit
Vt iam consilio/iustis quoq̧ legibus omnem
Priscorum palmam teneat nam lege Solonem
Atq̧ Numam supat Mosen magnumq̧ Licurgū
Ergo extende tuas cristas Olomuncia fœlix
Atq̧ supbificas extolle e puluere laudes
Quom tibi sit vates Traiano iustior olim
Quem tm̄ celebres vatum cecinere libelli
Ille tuus superat Grachos virtute potentes
Ac ꝓbitate Titum,Crassum bonitate nitentem
Nam dat diuitias multis vt viuere fausti
Rite queant,inopem pulchre & deducere vitam
Ille poetaꝝ fautor celeberrimus omnem
Qui tollit mœsta de sollicitudine mentem
Vnde suum crescit decus/& sua gloria viuet
Aeternū nunq̄ Phrygios moritura p annos
Et suus Ethereas tandem migrabit ad ædes
Spiritus & sum̄i paradisi gaudia cernet
Hoc precor efflictim meritis vt tanta rependet
Dona suis supera cristus qui regnat in arce.

Eiusdem Valentini Ad humāissimū virū Sigismūdum Gloczer Canonicū Olomunczensez/Archidiaconū Znaimauiensem atq̧ Prepositū in Olberetz-kirch.Carmen Asclepiadeum.

Lesboum cupiens tangere barbiton
De Sismunde tua vir celiberrime
Virtute/Aonijs nescio quis iugis
Me pellit/q̧ mihi flumina denegat
Parnassi,reor hoc Pieridum deas
Attentare/tuas ne mea carmina
Defœdant nitidas voce ꝓteruula
Laudes/nam̄q̧ tuo pectore gloria
Ingens nunc residet/quæ petit arduos
Smyrnæi modulos, Vergilij tubam
Et Flacci cytharam/sed mea ꝓh dolor
Conspersit modico labra Polymnia
Cum rore,& tenues voce superbula
Condo versiculos/ ergo piissime
Contentus modico vir rogo carmine
Sis nunc/mellifluo mox pede candidam
Virtutem trifidi p spatium soli
Diuulgabo tuam.Nunc bene consule

CARMEN IOANNIS LVPVLI BOD MANENSIS IN CIRCVMFOR aneum autoris obtrectatorem

Toruo quid laceras tu garrule pectora vatis
Morſu? quid vexas hæc rabidiſq; labris?
Tergemino lędis vatem ceu cerberus ore/
Nec dubitas labris aſpera ferre tuis.
Proh pudor in faciem te dulcia verba proferre
Mortifera & dorſo figere tela ſuo.
Therſitæ merito ſimilis ſine mente locuto,
Et ſenſu/mordax/Tantalus alter eris.
O prius inſignem(.teneris qui talia luſit
Anniculis.)vatem,conſiderato precor.
Nam quater hic quinos nondum cōpleuerit æui
Autumnos,reſonans quicqd Apollo tenet.
Quid ſenio/aut faciet Parcis ducentibus annos/
Ingenium vatis/quom iuuenile modo.
Talia/tum tantæ iam carmina ſcripſerit artis
Quæ vix grandiloquus luſerit ipſe Maro.
Perſpicuas molli & libantem Caſtalii ore
Fontis iam lymphas/lætifer ipſe ſape.
Cuius Pyeridum Daphnęa tempora lauro
Ornauit cœtus/perfide noſce virum.
Plus Mecęnatem nunc horre temporis atq;
In cuius laudes nymphula noſtra fluit.
Hunc quem fama patrem,virtus,tituliq; perennes
Quemq; virum inſignem docta Minerua canit.
Omnes quadrifidi huc accerſit munere doctos
Mundi/perfugium iure vocantq; patrem.
Atq; ſuos celeri repetit pede turba penates
Doctorum/& laudem nunc ſine fine canunt.

Deſine vipeream nunc fundere pectore tabem,
Opprime nunc fauces/aut meliora fare.
Aut ſtimulante modos reddet te muſula Iambo/
Flauus Apollo ſimul ſpicula figet eius.

Eiuſdem Valentini Ekij ad ſum̄æ integritatis virum Ioannem Tulner vicariū Olomunczenſem.carmen Saphicū extemporaneum

Hic benignorꝝ ſolet eſſe vatum
Mos Ioannes venerande,charis
Quom viris quicquam reſonare dulci
Carmine tentāt.

Aut canant magni generis parentes
Candidos,pulchri niueos vel artus
Corporis,laudent fragiles vel alto
Pondere gazas

Sed quid imprimis dubius recenſem
Quom decus,virtus,honor & venuſtas/
Non inæquali tua corda luce
Ianq; decorant.

Ergo ne tantum gracili decoris
Voce defœdam,reprimo camænas/
Donec infundet mihi plus canenti
Roris Apollo.



Ioãnis Lupuli Bodmanenſis ad ſolertes artis
Impreſſorię magiſtros Florianũ Vngleriũ &
Volſgangum Lęrn carmen extemporaneũ.

Crocafuit quondam gelido collata ſub axe
  Cauſa librorꝝ, ſępe vitata viris.
At nũc huic laudem, dec⁹ ornatũqꝫ tuliſti
  Volſgange, Inſigni cum comite ipſetuo,
Illimis pulchro circũlita littera cultu
  Non hæc Aldinis cederet arte notis,
Non Iunonigenę tenuiſſima vincere nati
  Stamina nunc poſſunt, ſubtilitate notas.

